



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

VI. Decembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)



**D.** Nicolaus, de cujus vultu lux mirabilis, interni ignis testis, promicabat, inter ardentiores Mariæ amatores censendus est. Hæreticis Mariæ puritatis hostibus fortissimè restitit, alteri infamiam quandam de eadem evomenti colaphum impegit; ob quem Episcopatu privatus, à Deipara visitatus, & Episcopatu restitutus est. *Lipom.* Qui non punit, cum potest, scelus facit.

S. Nicolae ora pro me Deiparam, ut ejus honorem tuear, & quod jam olim sponendi, me non permissurum, ut à meis subditis contra ejus honorem aliquid unquam agatur, ita observem, ut nec sensus meos patiar aliquid oculis ejus displicens agere, ut sic illa me clientem in agone agnoscat & recipiat. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quam animæ viribus, centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: vel tuebor, si occasio ferat, honorem Deiparæ, vel ad eam omni occasione tuendam me offeram.

Benedicta tu Virgo in mulieribus, quæ fuisti major cælo, fortior terrâ, orbe latior, nam DEUM, quem mundus non capit, sola cœpisti. *S. Chryf. ser. 143.*

Quæstio: An Martyr dicendus esset, qui pro Deiparæ honore defenso occideretur?